



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutiones Pastorales De Præceptis, Vitiis Capitalibus, Et De Sacramentis

Marchantius, Jacobus

Coloniæ Agrippinæ, 1655

II. De forma Baptismi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41699

nullà sui parte protensâ extra uterum; foretne validus Baptismus, si aquillum attingat? Resp. negativè, quia nequit regenerari, qui necdum est generatus; saltem secundùm aliquam sui partem. In his tamen duobus ultimis casibus, existimarunt aliqui Theologi sub conditione baptisandum: *Si tu es capax, ego te baptiso, &c.* Quia de nullitate baptismi in his casibus non est ita definitum, ut contrariæ sententiæ sint erroneæ, quamvis parum probabilitatis censeantur habere.

CAPUT II.

De forma Baptismi.

I. **Q**VAERO. *An sit sufficiens forma, si quis dicat: Ego te baptiso in nomine Sanctæ Trinitatis?* Resp. non esse, quia necessaria est explicita Trinitatis invocatio ad Baptismum: sicut & in adultis requiritur ad salutem explicita illius fides. Cùm ergo hic mutetur explicita invocatio in implicitam, eatenus etiam formæ significatio censeatur immutari, & sic nullum reddi Sacramentum.

Simi

Similiter certum est nullam esse Sacramentum, si quis dicat: *Ego te baptizo in nomine Jesu Christi*; licet disputabile fiat, an Apostoli non baptifarent sub hac forma ex dispensatione?

De variis modis quibus forma potest alterari vel corrumpi. Vide dicta supra in resolutione casuum, de Sacramentis in genere.

2. **QUAERO.** *An formæ possit adjici aliqua conditio?* Resp. duplicem esse conditionem, quæ potest usu Ecclesiæ apponi in casibus dubiis. *Primo*, cum dubitatur, an vivit proles, aut an sit capax Baptismi, rectè dicitur: *Si tu vivis, ego te baptizo, &c. Si tu es capax, ego te baptizo, &c.* In rigore autem sufficit mente concipere conditionem. *Secundo*, dum dubitatur an fuerit baptifatus solet addi: *Si non es baptifatus, ego te baptizo, &c.* Non est autem necessè dicere: *Si es baptifatus, ego non te baptizo*, licet id in aliquibus Pastoralibus exprimatur. Immo ut jam dixi, etiam mente hanc conditionem sufficit concipere.

Adverte verò, illum, qui temerè nullâ adhibitâ diligentîâ, etiam sub conditione rebaptisat, peccatum mortale incurrere. Tamē talis non incurrit irregularitatem. Ratio est, quia non est rebaptisatio simpliciter, cū nō sit actio procedēs ex intentione dādi baptismū homini baptisato, Irregularitas a. cū imponitur ob rebaptisationem, debet intelligi de rebaptisatione simpliciter, sive de peccato in illa specie consummato; non est autem rebaptisatio simpliciter, nec peccatum in ea specie consummatum. Unde licet conditio moraliter tunc quasi non adjecta habeatur, quantum ad hoc quod non excuset à gravi peccato: magnitudo ponderis est, quantum ad hoc quod intentionem rebaptisandi, & formalem rebaptisationem impediatur.

De Baptismo Monstri vide Parochiale Leod. f. 5. & passim Doctores.

3. QUÆRO. *An valeat Baptismus uno pronunciante formam, altero adhibente materiā* Ex. gr. Coniigit in Parochia mea, quod obstetrix utraque mater

imp

impeditam ad tenendū brachium infantis extrauterum protensum, formam pronunciarit, dum interim altera mulier aquam projiciebat & puerum abluebat. Resp. nō valere, quia quæ dicit Ego te abluo, falsum dicit, si aquam non adhibeat: ergo similiter si dicat? ego te baptizo, quia idem est quod abluo, Saltem sub conditione debere repeti baptismus.

4. *QUAERO. An sub conditione repeti debeat baptismus, super pueris qui reperiuntur apud portas Ecclesiae vel Hospitalis, ut passim fit in urbibus, ubi multo expositi infantes sunt ex fornicatione nati. Resp. 1. si nullum testimonium de baptismo eorum possit haberi, baptisandos esse, saltem sub conditione, Resp. 2. si scriptum habeant collo appensum quo indicentur esse baptisati, res magis videtur dubia, multi enim tunc putant ne quidem sub conditione baptisandum. Attamen Synodus Cameracensis (si res aliter non possit constare) statuit sub conditione posse baptisari. Ratio esse potest, quia tale testimonium non est ita certum, ut si-*

dem indubiam faciat. Ergo cum in casu dubii semper inclinandum sit in favorem baptisandi, ne periculo exponatur ejus salus ob carentiam baptisami; & altera ex parte, examine diligenti præmissa, & conditione appositâ, non videtur periculum reiterationis baptisami; nulla videtur fieri tunc injuria Sacramêto, *Dianap 5. tr. 13. res. sol. 85.* Hic igitur locum videtur habere illud Leonis ep. 92. *Conferendum esse videtur, quod collatum esse nescitur; quia non temeritas intervenit præsumptionis, ubi est diligentia pietatis: nec intelligitur esse iteratum, quod ambigitur esse datum.* Favent & aliqua juris capitula, *de consec. d. 6. Cap. Placuit,* cum sequentibus. *Addo ego,* quod licet illud scriptum aliquam faceret fidem, quod sit baptisatus talis infans; cum tamen ignoretur à quo & quomodò, sive an debita forma, & à persona quæ sciret Baptisam ritum essentialem, imò contingat talibus casibus quæri tenebras, & ab idiotis mulierculis, rem occultè & c. defectu quandoque essentiali peragitur

non
bigui
reiter
non p
næ qu
admi
latus
do ob
strict
error
gis ti
bus n
laritè
dicat
Hur
tion

I. C
assecu
tenti
beant
inva
in pa
vel
non

non mirum si dicatur hic aliquid ambiguitatis remanere, quæ sufficiat ad reiterationem sub conditione; cum non possint sciri & examinari personæ quæ baptismo adfuerint, vel illud administrarint, ut sciatur an ritè collatus fuerit baptismus. Si enim quando obstetrix baptisavit, volumus ut strictè & diligenter examinetur, ne error aliquis contigerit: quanto magis timeri potest, ne in similibus casibus muliercula magis ignorans baptisavit? Hæc ponderanda sunt, quicquid dicat Ochagavia apud Dianam, & Hurtado, qui non respondent huic rationi & argumento.

CAPUT III.

De Cæremoniis Baptismi.

I. **Q**VAERO. *An circa necessitatem liceat baptisare sine cæremoniis, ut assecuretur puer, & postea tempore Parentibus aut Patrinis oportuno, adhibeantur cæremonie?* Resp. hanc passim invalescere praxim; ita ut Pastores in pagis, ubi aliquis est Domicellus, vel ubi auctoritatis alienius vir id

V 3

poscit,